Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De laqueo suspendi indicantibus lineis

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

FIGVRA CCLIII.



Habens duas lineas vnam cum ſemicirculo in medio in ſituatione Iouis, & alteram breuem, & rectā ex parte ſiniſtra in ſituatione Solis, vt in figura 253. ſubmergetur.

## De laqueo ſuſpendi indicantibus lineis.

FIGVRA CCLIV.



Habens duas lineas vnam curuam in ſituatione Saturni, & vnam cum ſemicirculo in ſituatione Martis. vt in figur. 254. laqueo exanimabitur.

## FIGVRA CCLV.



Habens vnam lineam tortuoſam, & deformem , quę obliquans veniat ad ſituationem Saturni , & deſcendat in illam Iouis , vt in figura 255. laqueo vitæ finem imponet.

## FIGVRA CCLVI.



Ab habentes duas lineas, vnam vndatam, & tortuoſam in ſituatione Iouis, & vnam rectam in ſituatione Solis, vt in fig. 256. carnifex laqueo exiget multam.

## FIGVRA CCLVII.



Habentis vnam lineam in ſituatione Saturni facientem angulum cum linea obliqua, quæ deſçendat vſque ad situationem Solis, ex parte dextera, & poſtea ſe intrinſecet cum ramuſculo, qui perpendicularis deſcendat, cum altera lineuncula breui in ſituationem Veneris ex parte ſiniſtra, vt in figura 257. diſſoluetur laqueo corpus ſuſpenſum.

## FIGVRA CCLVIII.



Habens vnam lineam perpendicularem, quæ deſcẽdat à ſituatione Saturni, ſe intrinſecat in ſituationem Martis, vt in fig. 258. laqueo vitam finiet.

## FIGVRA CCLIX.



Habens duas lineas, vnam tortuoſam in ſituatione Saturni, & alteram ſimiliter tortuoſa in ſituatione Martis, vt in figur. 259. laqueo ſpiritum relinquet.

## FIGVRA CCLX.



Habens vnam lineam vndatã in ſituatione Iouis, cũ ramuſculo, qui aſcendat vſque ad ſituationem Saturni, & deſceudat ab illa Iouis vſq; ad illam Martis, vt in figur. 260. in furcis ſuſpendetur.

Fi-







## FIGVRA CCLXI.



Habens vnam lineam vndatam in ſituatione Martis, vt in figur. 261. laqueo necabitur.

## FIGVRA CCLXII.



Habens vnam lineam obliquam veniente à ſituatione Saturni cum vnco, qui deſcendat vſq;ad ſituationem Mercurij, & in fine illius faciet ſicut media Luna in ſituatione Martis, & ſeintrinſecat cum altera linea recta in ipſa ſituatione Martis, vt in fig. 262. laqueo ſpiritum perdet.

## FIGVRA CCLXIII.



Habens vnam lineam confuſam cum lineuſcula à parte ſiniſtra in ſituatione Iouis , & vnam breuem , & rectam ex parte dextera in ſituatione Solis,vt in figura 263. laqueo ſuffocatus decedet.

## FIGVRA CCLXIV.



Habens vnam lineam obliquam,& vndatam in ſituatione Veneris cum vna linea,quæ intrinſecat, vt in fig. 264. in furcas damnabitur.

## FIGVRA CCLXV.



Habens vnam lineam ſicut character in duabus ſituationibus Iouis, & Martis, & vna ipſarum ſit breuis ex parte dextera in ſituatione Mercurij, & correſpondens cum altera oppoſita, & vnam lineam vndatam cum vnco, vt in figur. 265. in patibulo furcæ punietur.

## FIGVRA CCLXVI.



Habens vnam lineam rectam in ſituatione Iouis, cum ramuſculo, qui intrinſecat ex parte dextera, vt in fig. 266. à carnificinæ loco ab hac vita diſcedet.

## FIGVRA CCLXVII.



Habentis vnam lineam cum duobus principijs inuolutis in ſituatione Martis cum ramuſculo, qui intrinſecat ex parte dextera, & deſcendat vſq; ad ſituationem Solis, vt in fig. 267. carnifex vitales auras laqueo carpet.

## FIGVRA CCLXVIII.



Habens vnã lineam tortuoſam in ſituatione Iouis, vt in fig.268. vi laquei à ſpiritu deſtituetur.

Fi-

FIGVRA CCLXIX.



Habentis vnam lineam in ſituatione Martis cum duobus vnculis, vnus ex parte dextera, & alter ex ſiniſtra, vt in figur. 269. laqueum vitam hauriet.

FIGVRA CCLXX.



Habens vnam lineam tortuoſam in ſitutione Martis cum ramuſculo ex parte dextera aſcendente vſq; ad ſituationem Iouis, & deſcendat in illam Solis, vt in fig. 270. in furcis extremum halitum efflabit.

## FIGVRA CCLXXI.




Habens duas lineas oppoſitas in ſituatione Iouis cũ tribus figuris in ſituatione Mercurij, ideſt vnum 6, vnum 7, & vnum 5, vt in figur. 271. ſub carnifice expirabit ſuſpendioſus.

## FIGVRA CCLXXII.



Habens duas lineas vndatas, vnam in ſituatione Saturni & alteram in ſituatione Martis, vt in figura 272. carnificis opera laqueo nexili ſtrangulabitur.





De fig




